



**Ivsti Baronii Veteracastrensis SS. Th. Et I. V. D.  
III[ustrissi]mo Arch[iepisco]po Moguntino à Consilijs.  
Epistolarvm Sacrarvm Ad Pontificem Max. Et Amplissimos  
Cardinales &c. Libri VI**

**Baronius, Justus**

**Mogvntiae, 1605**

Epistola XXI. Cinthivs Aldobrandinus S. R. E. Cardinalis Ivsto Baronio  
Veteracastrensi S. Magnifice & Ornatissime Domine.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70614](#)

bi Apostolicam benedictionem no-  
stram ex animo impartimur. Da-  
tum *Rome*, apud Sanctum Petrum,  
sub Annulo Piscatoris, die XII. De-  
cemb. MDCL. Pontificatus Nostri  
Anno Decimo.

Silvius Antonian. Card.

---

EPISTOLA XXI.

CINTHIVS ALDOBRANDI-  
nus S. R. E. Cardina-  
lis

IVSTO BARONIO VETERA-  
castrensi S.

Magnifice & Ornatisime Domine.

**A**CCEPI quidem litteras tuas 3. Non. O-  
dibris datas, nec dum tamen *Apologi-  
am* mihi, ut scribis, dicatam. Nescio quid  
moræ in itinere ei obiectum narrat egregi-  
us Dominus *Iosephus VVindenius*, cui ut vi-  
deo res tuæ non mediocre curæ. Exoscular  
interim toto animi affectu istas, absentes  
licet, Catholicorum tuorum fructuum, ut  
vocas primitias. Quæ vtinā iis profint ma-  
xime, quibus hunc potissimum desudasti  
laborem. Certè nō dubito quin magnope-  
rè probentur, quibuscunque inerit aliquis  
pietatis ac bonæ mentis sensus. Nolui au-  
tem

tem agendarum tibi gratiarum officium di-  
utius debere. Hoc igitur persoluo & qui-  
dem ex animo, sed ita tamen, ut me nihilo  
minus in ære tuo semper esse agnoscam lu-  
bens ac profitear. Omnipotens missis isthic v-  
berrima, ut restantur eadem litteræ tuæ. In  
tanta autem operiorum paucitate plane  
confidimus fore, ut præcipue virtus tua &  
industria eniteat. Aderit Deus in Vinea sua  
fideliter laboranti, cui etiam paratum San-  
ctissimi Pontificis patrocinium, ut plenius ex  
*Breni Apostolico*, quod cum hisce litteris e-  
rit, accipies. Vale feliciter, illatasq; tibi pie-  
pietatis causa iniurias, quibus equidem in-  
gemisco, fortia & vere Christiano pectore  
preferre insiste, hoc subinde reputans, \*  
*non esse condignas huius seculi passiones ad fu-*  
*turam gloriam, quam tibi auguror & opto.*  
Romæ die 22. Decemb. MDCI.

\* Rom. 8.  
18.

## EPISTOLA XXII.

NICOLAVS SERARIVS SO-  
cietat. Iesu Presbyter

DANIELI OSSANO ACAD.  
Heidelb. Professori S.

MIRABERE fortassis, Doctiss<sup>m</sup> D. Tof-  
sane, quid ignotus ego ad te, ad Cal-  
uinianum Catholicus, ad Superintenden-  
tem Societatis Iesu Homo. Sanè scribendi  
causa mihi nulla esset, nisi perpelleres. Atq;  
id pau-